



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Textus sequentiarum cum lucule[n]tissima tam  
sententiaru[m] q[uam] vocabuloru[m] interpretatione  
scripture autoritatib[us] alioru[m]q[ue] exemplis  
creberrimis roborata**

**Colonie, 1506**

**VD16 T 655**

Rector potens

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30585**

## Expositio Hymnoz

sunt tres dii. s; vnus deus In sphaera solis ignea patre intelligere debemus in splendore filium. in calore spiritum sanctum. **C**onstrue (**O**s lingua). i. corpus (et mens). i. anima (sensus). i. virtus. s. r. a. corpore. **Q**uia (vigor). i. spiritus (personae) id est credat vel profiteatur (professione). i. trinitate. s. patre et filium et spiritum sanctum esse unum deum (charitas) scilicet dei et proximi (flammascat). i. ardeat in nobis (igne) id est est spiritus sanctus (ardor) scilicet sue charitatis (accendat). i. illuminet spirituali amore (proximos). i. amore dei desiderantes

**R** Ector potens verax deus qui temperans rerum vices splendore mare instruis et ignibus meridiem

**M**ateria huius hymni sumitur per similitudines aeris ex h. s. q. maximus calor solet esse aliquando in meridie et quando solet nocere corpori. unum deum rogare debemus ut in nobis extinguat flamas vicioz nostrorum. et tribuat nobis suam charitatem in cordibus nostris. et non solum in hora tertia deum rogare debemus. s; in sexta hora in qua adam electus fuit de paradiso per superbiam suam. ut unum per transgressionem mandati fuit electus. illuc redeamus per bonam operationem christo annuente. quod eadem hora in cruce positus fuit mortem pro nobis passus. et hoc innuit Gregorius cum dicit (**O** tu rector) id est deus qui regis omnia (potens). i. qui potes omnia facere quae velis. quia in eo omnia posita rectas et fortitudo (verax deus) qui nunquam mentiris. quia tu ipse veritas et verax es in rebus et promissis tuis quae nunquam fallunt (qui temperas). i. moderaris (vices rerum) id est vicissitudines. et tu (instruis). i. decoras (mane). i. homines incipientes bona opera facere (splendore solis). i. lumine christi qui est verus sol iustitiae (et instruis meridiem). i. homines qui in bonis operibus perseverant (ignibus). i. charitate inflammata.

Extingue flamas litium. aufer calorem noxium. confer salutem corporum. veramque pacem cordium

(Extingue). i. remoue (flamas). i. calores et estuaciones (litium). i. mundana tentationum. vel (Extingue flammam). i. mortifica in nobis ardores (litium). i. libidinis et concupiscentie. vel (litium). i. odiorum et discordiarum (aufer calorem noxium). i. remoue in nobis amorem et appetitum noxiarum rerum. et (profer). i. dona nobis salutem corporum (et) profer (veram pacem). i. securam tranquillitatem (cordium). i. animarum

**R** Erum deus tenax vigor immotus in te permanens lucis diurne tempora successibus determinans

**M**ateria huius hymni est. quod non solum in hora sexta deprecandus et laudandus sit deus. s; etiam in nona hora. in qua christus postquam aiam suam patri commendauerat spiritum emittens migravit de huius mundo. ut possimus transire de vicijs ad virtutes et bonas operationes (**O** deus tenax) a teneo es ere. qui creando omnia tenes sub potestate tua et pietate (vigor). i. virtus (rerum permanens in te immotus). i. non variabilis. quia nunquam in seipso mouetur (determinans). i. diuidens (tempora lucis diurne). i. quod diuine (successibus). i. quibuslibet distinctionibus